



Diploma Programme
Programme du diplôme
Programa del Diploma

© International Baccalaureate Organization 2023

All rights reserved. No part of this product may be reproduced in any form or by any electronic or mechanical means, including information storage and retrieval systems, without the prior written permission from the IB. Additionally, the license tied with this product prohibits use of any selected files or extracts from this product. Use by third parties, including but not limited to publishers, private teachers, tutoring or study services, preparatory schools, vendors operating curriculum mapping services or teacher resource digital platforms and app developers, whether fee-covered or not, is prohibited and is a criminal offense.

More information on how to request written permission in the form of a license can be obtained from <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

© Organisation du Baccalauréat International 2023

Tous droits réservés. Aucune partie de ce produit ne peut être reproduite sous quelque forme ni par quelque moyen que ce soit, électronique ou mécanique, y compris des systèmes de stockage et de récupération d'informations, sans l'autorisation écrite préalable de l'IB. De plus, la licence associée à ce produit interdit toute utilisation de tout fichier ou extrait sélectionné dans ce produit. L'utilisation par des tiers, y compris, sans toutefois s'y limiter, des éditeurs, des professeurs particuliers, des services de tutorat ou d'aide aux études, des établissements de préparation à l'enseignement supérieur, des fournisseurs de services de planification des programmes d'études, des gestionnaires de plateformes pédagogiques en ligne, et des développeurs d'applications, moyennant paiement ou non, est interdite et constitue une infraction pénale.

Pour plus d'informations sur la procédure à suivre pour obtenir une autorisation écrite sous la forme d'une licence, rendez-vous à l'adresse <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

© Organización del Bachillerato Internacional, 2023

Todos los derechos reservados. No se podrá reproducir ninguna parte de este producto de ninguna forma ni por ningún medio electrónico o mecánico, incluidos los sistemas de almacenamiento y recuperación de información, sin la previa autorización por escrito del IB. Además, la licencia vinculada a este producto prohíbe el uso de todo archivo o fragmento seleccionado de este producto. El uso por parte de terceros —lo que incluye, a título enunciativo, editoriales, profesores particulares, servicios de apoyo académico o ayuda para el estudio, colegios preparatorios, desarrolladores de aplicaciones y entidades que presten servicios de planificación curricular u ofrezcan recursos para docentes mediante plataformas digitales—, ya sea incluido en tasas o no, está prohibido y constituye un delito.

En este enlace encontrará más información sobre cómo solicitar una autorización por escrito en forma de licencia: <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.



International Baccalaureate®
Baccalauréat International
Bachillerato Internacional

Latin

Standard level

Paper 2

10 May 2023

Zone A morning | **Zone B** afternoon | **Zone C** morning

1 hour 30 minutes

Instructions to candidates

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer all questions on three extracts taken from two options studied.
- Each extract is worth **[15 marks]**.
- The maximum mark for this examination paper is **[45 marks]**.

11 pages

2223–2966
© International Baccalaureate Organization 2023

Answer **all** questions on **three** extracts taken from **two** options studied.

Option A — Vergil

Extract 1 Vergil, *Aeneid* 12.665–680

665 obstipuit varia confusus imagine rerum
Turnus et obtutu tacito stetit. aestuat ingens
uno in corde pudor mixtoque insania luctu
et furiis agitatus amor et conscientia virtus.
ut primum discussae umbrae et lux redditia menti,
670 ardentis oculorum orbes ad moenia torsit
turbidus eque rotis magnam respxit ad urbem.
ecce autem flammis inter tabulata volutus
ad caelum undabat vortex turrimque tenebat,
turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse
675 subdideratque rotas pontisque instraverat altos.
“iam iam fata, soror, superant; absiste morari;
quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur.
stat conferre manum Aeneae, stat quidquid acerbi est
morte pati; neque me indecorem, germana, videbis
680 amplius. hunc, oro, sine me furere ante furorem.”

1. (a) *aestuat ingens ... conscientia virtus* (lines 666–668). List the different emotions experienced by Turnus. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (b) *ut primum ... ad urbem* (lines 669–671). Outline Turnus's actions. Quotation of the Latin text is **not** required. [4]
- (c) Translate *ecce autem ... eduxerat ipse* (lines 672–674). [3]
- (d) *stat conferre ... videbis amplius* (lines 678–680). Identify **two** things Turnus decided to do. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (e) Write out and scan *morte pati ... ante furorem* (lines 679–680). Indicate elisions where necessary. [2]

Option A — Vergil**Extract 2 Vergil, *Aeneid* 12.742–757**

ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus
et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes
undique enim densa Teucri inclusere corona,
745 atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.
nec minus Aeneas, quamquam tardata sagitta
interdum genua impediunt cursumque recusant,
insequitur trepidique pedem fervidus urget:
inclusum veluti siquando flumine nanctus
750 cervum aut puniceae saeptum formidine pinnae
venator cursu canis et latratibus instat;
ille autem, insidiis et ripa territus alta,
mille fugit refugitque vias; at vividus Umber
haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti
755 increpuit malis morsuque elusus inani est.
tum vero exoritur clamor, ripaeque lacusque
responsant circa et caelum tonat omne tumultu.

2. (a) *ergo amens ... implicat orbes* (lines 742–743). Outline Turnus's actions. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (b) *nec minus ... cursumque recusant* (lines 746–747). Explain why Aeneas was hindered. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (c) *inclusum veluti ... latratibus instat* (lines 749–751). Analyse the simile. Quotation of the Latin text is **not** required. [4]
- (d) *ille autem ... inani est* (lines 752–755). Identify **one** stylistic feature used in these lines **and** state its effect. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (e) *tum vero ... omne tumultu* (lines 756–757). Describe what was heard. Support your answer by quoting the Latin text. [3]

Option B — History**Extract 3 Caesar, *De Bello Gallico* 7.81–82**

prospectu tenebris adempto multa utrimque vulnera accipiuntur. complura tormentis tela coniciuntur. at Marcus Antonius et Gaius Trebonius legati, quibus hae partes ad defendendum obvenerant, qua ex parte nostros premi intellexerant, his auxilio ex ulterioribus castellis deductos summittebant. dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine 5 telorum proficiebant; posteaquam proprius successerunt, aut se stimulis inopinantes in duebant aut in scrobes delati transfodiebantur aut ex vallo ac turribus traicti pilis muralibus interibant. multis undique vulneribus acceptis nulla munitione perrupta, cum lux appeteret, veriti ne ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circumvenirentur, se ad suos receperunt. at interiores, 10 dum ea quae a Vercingetorige ad eruptionem praeparata erant proferunt, priores fossas explent, diutius in his rebus administrandis morati prius suos discessisse cognoverunt, quam munitionibus appropinquarent. ita re infecta in oppidum reverterunt.

3. (a) *at Marcus ... deductos summittebant* (lines 2–4). State what Antonius and Trebonius did to help the defence. Quotation of the Latin text is **not** required. [3]
- (b) *dum longius ... telorum proficiebant* (lines 4–5). Outline the circumstances under which the Gauls were more successful **and** state why. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (c) Translate *posteaquam proprius ... muralibus interibant* (lines 5–6). [3]
- (d) *multis undique ... suos receperunt* (lines 7–8). Outline the situation for the Gauls at daybreak **and** state what they did. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (e) *at interiores ... oppidum reverterunt* (lines 8–11). Outline the actions of the Gauls who had made it inside the fortifications. Support your answer by quoting the Latin text. [4]

Option B — History**Extract 4 Caesar, *De Bello Gallico* 7.88–89**

fit magna caedes. Sedulius, dux et princeps Lemovicum, occiditur; Vercassivellaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur; signa militaria septuaginta quattuor ad Caesarem referuntur: pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. conspicati ex oppido caedem et fugam suorum desperata salute copias a munitionibus reducunt. fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga. quod nisi
5 crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent. de media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur: magnus numerus capitur atque interficitur; reliqui ex fuga in civitates discedunt. postero die Vercingetorix concilio convocato id bellum se suscepisse non suarum necessitatium, sed communis libertatis causa demonstrat, et quoniam sit fortunae cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere
10 seu vivum tradere velint. mittuntur de his rebus ad Caesarem legati. iubet arma tradi, principes produci. ipse in munitione pro castris consedit: eo duces producuntur; Vercingetorix deditur, arma proiciuntur. reservatis Aeduis atque Arvernis, si per eos civitates reciperare posset, ex reliquis captivis toto exercitu capita singula praedae nomine distribuit.

4. (a) *Lemovicum* (line 1). Give **two** details about the Lemovices **not** provided in the extract. [2]
- (b) *fit protinus ... deleri potuissent* (lines 4–5). Explain why the Gauls were not completely defeated on that day. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (c) *de media ... civitates discedunt* (lines 6–7). Outline the fate of the Gauls in these lines. Quotation of the Latin text is **not** required. [4]
- (d) *postero die ... tradere velint* (lines 7–10). Analyse the **two** reasons Vercingetorix gives for undertaking the war **and** the two fates he offers himself up to. Quotation of the Latin text is **not** required. [4]
- (e) *mittuntur de ... nomine distribuit* (lines 10–13). Identify **one** stylistic feature used in these lines **and** state its effect. Support your answer by quoting the Latin text. [2]

Option C — Love poetry**Extract 5 Catullus, *Carmina* 13, 96****13.**

cenabis bene, mi Fabulle, apud me
 paucis, si tibi di favent, diebus,
 si tecum attuleris bonam atque magnam
 cenam, non sine candida puella
 5 et vino et sale et omnibus cachinnis.
 haec si, inquam, attuleris, venuste noster
 cenabis bene; nam tui Catulli
 plenus sacculus est aranearum.
 sed contra accipies meros amores
 10 seu quid suavius elegantiusve est:
 nam unguentum dabo, quod meae puellae
 donarunt Veneres Cupidinesque,
 quod tu cum olfacies, deos rogabis
 totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

96.

si quicquam mutis gratum acceptumve sepulcris
 accidere a nostro, Calve, dolore potest,
 quo desiderio veteres renovamus amores
 atque olim missas flemus amicitias,
 5 certe non tanto mors immatura dolori est
 Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

5. (a) *haec si ... est aranearum* (poem 13, lines 6–8). State why Fabullus has to bring everything along to the dinner. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (b) Identify **two** stylistic features used in poem 13 **and** state their effect. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (c) Write out and scan *si quicquam ... dolore potest* (poem 96, lines 1–2). Indicate elisions where necessary. [2]
- (d) Translate *si quicquam ... renovamus amores* (poem 96, lines 1–3). [3]
- (e) *certe non ... amore tuo* (poem 96, lines 5–6). Analyse what the poet says about Quintilia's feelings. Support your answer by quoting the Latin text. [4]

Option C — Love poetry**Extract 6 Horace, *Carmina* 1.13**

cum tu, Lydia, Telephi
 cervicem roseam, cerea Telephi
 laudas bracchia, vae, meum
 fervens difficii bile tumet iecur.

5 tum nec mens mihi nec color
 certa sede manet, umor et in genas
 furtim labitur arguens,
 quam lentis penitus macerer ignibus.

10 uror, seu tibi candidos
 turparunt umeros inmodicae mero
 rixae sive puer furens
 impressit memorem dente labris notam.

15 non, si me satis audias,
 speres perpetuum dulcia barbare
 laedentem oscula, quae Venus
 quinta parte sui nectaris imbuit.

20 felices ter et amplius
 quois inrupta tenet copula nec malis
 divolsus querimonii
 suprema citius solvet amor die.

6. (a) *tum nec ... macerer ignibus* (lines 5–8). Outline how Lydia's praise of Telephus affects the poet. Quotation of the Latin text is **not** required. [3]
- (b) *uror, seu ... labris notam* (lines 9–12). Outline the ways in which Lydia might have been harmed, according to the poet. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (c) *non, si ... laedentem oscula* (lines 13–15). Analyse the contradiction in Lydia's behaviour as expressed by the poet. Quotation of the Latin text is **not** required. [2]
- (d) *non, si ... nectaris imbuit* (lines 13–16). Describe Lydia's lips. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (e) Translate *felices ter ... amor die* (lines 17–20). [3]

Option E — Social criticism**Extract 7 Horace, *Satires* 1.6 27–44**

nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus
 pellibus et latum demisit pectore clavom,
 audit continuo “quis homo hic est? quo patre natus?”
 30 ut siqui aegrotet quo morbo Barrus, haberis
 et cupiat formosus, eat quacumque, puellis
 iniciat curam quaerendi singula, quali
 sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:
 sic qui promittit civis, urbem sibi curae,
 35 imperium fore et Italianam, delubra deorum,
 quo patre sit natus, num ignota matre dishonestus,
 omnis mortalis curare et quaerere cogit.
 “tune, Syri Damae aut Dionysi filius, audes
 deicere de saxo civis aut tradere Cadmo?”
 40 “at Novius collega gradu post me sedet uno;
 namque est ille, pater quod erat meus.” “hoc tibi Paulus
 et Messalla videris? at hic, si plostra ducenta
 concurrentque foro tria funera, magna sonabit,
 cornua quod vincatque tubas: saltem tenet hoc nos.”

7. (a) Translate *nam ut ... patre natus?* (lines 27–29). [3]
- (b) *ut siqui ... quaerendi singula* (lines 30–32). Outline what someone with Barrus's affliction desires **and** how such a person behaves. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (c) *deicere de saxo civis* (line 39). Identify the Roman custom this refers to. [2]
- (d) Write out and scan *at Novius ... tibi Paulus* (lines 40–41). Indicate elisions where necessary. [2]
- (e) *at hic ... hoc nos* (lines 42–44). Analyse how loud Novius is. Quotation of the Latin text is **not** required. [4]

Option E — Social criticism**Extract 8 Martial, *Epigrams* 1.41**

urbanus tibi, Caecili, videris.
 non es, crede mihi. quid ergo? verna,
 hoc quod transtiberinus ambulator,
 qui pallentia sulphurata fractis
 5 permutat vitreis, quod otiosae
 vendit qui madidum cicer coronae,
 quod custos dominusque viperarum,
 quod viles pueri salariorum,
 quod fumantia qui tomacla raucus
 10 circumfert tepidis cocus popinis,
 quod non optimus urbicus poeta,
 quod de Gadibus improbus magister,
 quod bucca est vetuli dicax cinaedi.
 quare desine iam tibi videri,
 15 quod soli tibi, Caecili, videris,
 qui Gabbam salibus tuis et ipsum
 posses vincere Tettium Caballum.
 non cuicumque datum est habere nasum:
 ludit qui stolida procacitate,
 20 non est Tettius ille, sed caballus.

8. (a) *quod otiosae ... cocus popinis* (lines 5–10). Describe **two** common foods mentioned by the poet. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (b) *quod non ... dicax cinaedi* (lines 11–13). List the **three** people Martial compares Caecilius to in these lines. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (c) *quare desine ... Caecili, videris* (lines 14–15). State what Martial tells Caecilius to stop doing. Quotation of the Latin text is **not** required. [2]
- (d) *caballus* (line 20). Analyse the insult **and** state what it suggests about Caecilius. Quotation of the Latin text is **not** required. [4]
- (e) Identify **two** stylistic features used in this poem **and** state their effect. Support your answer by quoting the Latin text. [4]

Option G — Villains**Extract 9 Vergil, *Aeneid* 10.719–737**

venerat antiquis Corythi de finibus Acron,
 720 Graius homo, infectos linquens profugus hymenaeos.
 hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,
 purpureum pennis et pactae coniugis ostro:
 impastus stabula alta leo ceu saepe peragrans,
 suadet enim vesana fames, si forte fugacem
 725 conspexit capream aut surgentem in cornua cervum,
 gaudet, hians immane, comasque arrexit et haeret
 visceribus super accumbens, lavit inproba taeter
 ora cruar,
 sic ruit in densos alacer Mezentius hostis.
 730 sternitur infelix Acron et calcibus atram
 tundit humum exspirans infractaque tela cruentat.
 atque idem fugientem haud est dignatus Orodēn
 sternere nec iacta caecum dare cuspide volnus:
 obvius adversoque occurrit seque viro vir
 735 contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
 tum super abiectum posito pede nixus et hasta:
 “pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodēs.”

9. (a) Write out and scan *Graius homo ... agmina vidit* (lines 720–721). Indicate elisions where necessary. [2]
- (b) *hunc ubi ... coniugis ostro* (lines 721–722). Describe Acron. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (c) *impastus stabula ... Mezentius hostis* (lines 723–729). Analyse the simile. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (d) *atque idem ... cuspide volnus* (lines 732–733). State what Mezentius regarded as unworthy actions. Quotation of the Latin text is **not** required. [3]
- (e) *obvius adversoque ... fortibus armis* (lines 734–735). Outline how Mezentius fought Orodēs. Quotation of the Latin text is **not** required. [3]

Option G — Villains**Extract 10 Livy, *Ab Urbe Condita* 1.58**

quo terrore cum vicisset obstinatam pudicitiam velut vi victrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant; ita facto maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse. Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Junio

5 Bruto venit, cum quo forte Romam rediens ab nuntio uxoris erat conventus. Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inveniunt. adventu suorum lacrimae obortae, quaerentique viro “satin salve?” “minime,” inquit; “quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia? vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo; ceterum corpus est tantum violatum, animus insons; mors testis erit. sed date dexteras fidemque haud inpune adultero fore. Sex. est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte vi
10 armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium.” dant ordine omnes fidem; consolantur aegram animi avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus, et unde consilium afuerit, culpam abesse. “vos,” inquit, “videritis, quid illi debeatur: ego me etsi peccato absolvo, suppicio non libero; nec ulla deinde in pudica Lucretiae exemplo vivet.” cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit prolapsaque in volnus moribunda
15 cecidit. conclamat vir paterque.

10. (a) *quo terrore ... muliebri esset* (lines 1–2). Describe Tarquinius’s state of mind **and** explain why he felt that way. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (b) *satin salve? ... amissa pudicitia?* (lines 6–7). Outline the questions asked by Collatinus and Lucretia. Support your answer by quoting the Latin text. [4]
- (c) *Sex. est Tarquinius ... abstulit gaudium* (lines 9–10). Outline what Lucretia revealed Tarquinius had done. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (d) Translate *dant ordine ... culpam abesse* (lines 10–12). [3]
- (e) *ego me ... exemplo vivet* (lines 12–13). Analyse Lucretia’s opinion on what she must do. Quotation of the Latin text is **not** required. [3]

Disclaimer:

Content used in IB assessments is taken from authentic, third-party sources. The views expressed within them belong to their individual authors and/or publishers and do not necessarily reflect the views of the IB.

References:

- Extract 1** Vergil, n.d. *Aeneid*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D12%3Acard%3D650> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 2** Vergil, n.d. *Aeneid*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D12%3Acard%3D697> and <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D12%3Acard%3D746> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 3** Caesar, n.d. *De Bello Gallico*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002%3Abook%3D7%3Achapter%3D81> and <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002%3Abook%3D7%3Achapter%3D82> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 4** Caesar, n.d. *De Bello Gallico*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002%3Abook%3D7%3Achapter%3D88> and <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002%3Abook%3D7%3Achapter%3D89> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 5** Catullus, n.d. *Carmina*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0003%3Apoem%3D13> and <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.003%3Apoem%3D96> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 6** Horace, n.d. *Carmina*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0024%3Abook%3D1%3Apoem%3D13> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 7** Horace, n.d. *Satires*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0062%3Abook%3D1%3Apoem%3D6> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 8** Martial, n.d. *Epigrams*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0506%3Abook%3D1%3Apoem%3D41> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 9** Vergil, n.d. *Aeneid*. [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D10%3Acard%3D719> [Accessed 16 May 2023].
- Extract 10** Livy, n.d. *Ab Urbe Condita* [online] Available at: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0199%3Abook%3D1%3Achapter%3D58> [Accessed 25 February 2022].